

V c
3605





Exeqvialia cani Rutigeri tropæa
piis manibus

*Serenissimi ac Potentissimi Principis ac
Domini*

DNI JOHANNIS GEORGII

hujus nominis Primi *εὐμαχέστατος* Ducis Saxoniae, Juliae,
Cliviae & Montium: Sacri Romani Imperii Archimarschalci & E-
lectoris, Landgravii Thuringiae, Marchionis Misniae, Superioris &
Inferioris Lusatiae, Burggravii Magdeburgensis, Comitis in
Marca & Ravensburg, Domini in Ravenstein, Domini
& Evergetæ mei Clementissimi inter
lamenta & suspiria.

DRESDÆ II X. Non: Octob.

CIRCA

III. QVAD. H. VESP. V.

Anno AERÆ CHRIST.

MDCLVI

Animam exspirantis digna

*In perenni perennis Fame sacrario, praefiscinè
erecta à*

M. Christophoro Jungern Illustris
Ludi Misn. Collega.

Freibergæ

Apud Georgium Beutherum Typog.
M DC LVII.

65



BIGIS AD D. AFRÆ CURARUM MUSICARUM
SR TENUISSIMIS VIRIS.

*Generis antiquâ nobilitate, officii provinciali aucto-
ritate, mentis pietate insigni, sapientiâq; & prudentiâ perspicaci,
virtute Excellentissimi multaq; rerum variarum experientia
Præcellentissimis Dominis:*

DOMINO

JOHANNI DIETTERICO à Schleinitz in Seerhausen
& Mautitz Toparchæ Nobilissimo.

DOMINO

Dietterico à Milditz in locis cis Albim λευμακεσε' egis
vulgò Oberau & Schencfenberg/&c. Hæreditario
Generoso.

Septemviralis Misnens: Scholæ Inspectoribus Gra-
vissimis Dominis & Mæcenatibus meis omni observantia
cultû plurimum Honorandis.

NEC NON VIRIS.

*Reverendo plurimum, Excellentissimo æque
ac Clarissimo Domino*

Conrado Barthels/ S. Sanctæ Theol: L. Ecclesiæ
Misn. Pastori, Basilicæ Concionatori & Super-
intendenti Spectabili.

Imò

Reverendo, perq; Eximio Domino

Wolffgango Avenario, Pastori in pago Ködern
Fidelissimo, SENI Venerabili.

QVIN ET

Amplissimis, Eminentissimis, Consultissimis, Prudentissimis, publicâ Auctoritate Gravissimis bonitate & Humanitate Ornatissimis

DOMINIS

DNO Johanni Bornitio, J.U. D. Practico & Syndico Meritissimo.

DNO Zachariæ Schneidern Phil. & Med. Licentiatto, Physico ordinario Reiqve Misn. Publicæ p. t. CONSULI Excellentissimo.

DNO Johanni Schreuttern / J.U. Licentiatto & Profyndico celeberrimo.

DNO Friderico Kutschreuttern / Quæstori Clarissimo.

DNO Philippo Erhardo Nestern / ad D. Afræ Septemviralis Ludi Oeonomo dignissimo.

DNO Balthasaro Eschfelden / Consulari Primario.

DNO Francisco Jungern / Not: P. C. Senat: Dresd.

DNO Zachariæ Sinsingern / Not: Pub: Cæs: & Reipub: Misn. Scribæ Solertissimo.

DNO Clementi Haukolden / Senatori Misn. atqve Civi Primario.

PATRON. meis resp. AMICIS, AFFINIUS, CONSOBRINO & FRATRI, VIRIS HUMAN. in debiti honoris gratæq; mentis indicium ac ulterioris favoris incitamentum inscripta, consecrata, oblata & dedicata

CUM DEBITA SALUTIS
PRÆFATIONE.

Singu-



SINGULA, Reverendâ dignitate, Ge-
neris antiqvâ Nobilitate, officiiqve pro-
vinciali auctoritate Præcellentissimi, vos-
qve cæteri Amplissimi & Consultissimi
Viri, Mecœnates & Patroni Magni, singula, in-
quam, ad quæ gemimus, quæ expavescimus, TRI-
BUTA VITÆ verè nuncupamus. Et licet non nul-
lorum, Naturæ affectus qui sunt ausi denega-
re, mentio fiat, vitæ quasi tributorum immuni-
um: tamen de iisdem quid sentiendum, iis sanè,
qui Stoicorum placita ad rationis trutinam expen-
dunt, alibi luculenter est differendum. Non mi-
ramur nusquam auribus accipientes ignem à Mu-
cio: Crucem à Regulo: Venenum à Socrate, Han-
nibale victum, proqve nihilo habitum. Verun-
tamen id, non ignes, cruces, venenum, & id genus
alia, sed peccatorum fomenta, mundum, mortem,
ipsaqve in morte ipsum hujus Universitatis platen,
θεωθωπον à Christiano vinci posse, potius miran-
dum. Videmus quotidiè, quid homo Christianus
animi habeat contra mortem, contra dolorem?
Illâ accedente CHRISTO SERVATORI suo æger
fit

fit proximus. Hôc premente integer ævi sanguis
edocetur, quantula sint hominum corpuscula. Si
simus & hodie nos inter exempla, **C E L S I S S I M U M**
proh dolor! Serenissimi **E L E C T : S A X : J O H A N -**
N I S G E O R G I Domini nostri Clementissimi
ἐν μακαρίαις **ΕΙΔΟΣ ΝΕΚΡΟΤ** esse poterit, qui gentili
Mucii, Socratis, Regulive animositate multò
major multoque superior & seipsum quâ positâ
naturæ peccatricis imbecillitate; & suum Jesum,
quâ firmatâ veræ Catholicæ Evangelicæ Fidei sin-
ceritate vicit, interque cœlites Illustribus Olym-
pici Electoratûs insignibus de novo decoratus suæ
invenit animæ æterna tabernacula. Cui eapro-
pter & nos meritò, qui, ut decet, luctû, gemitû &
terrore sumus obruti, quiqve hodie ad exequias
Electorales gemimus, expavescimus, de impe-
tratâ **S U M M I B O N I** victoriâ gratulemur Serenis-
simi *ἐν μακαρίαις* laudes omni populo enarraturi.
Laudes enim in exequiis Principum celebrandis
enarrare non modò Græcorum, Gentis sapientis-
simæ, receptum moribus, sed & Romanæ consue-
tudini fuit. Ita enim existimabant, interesse Rei-
pub. clarissimarum virtutum Exempla nosci, &
Facta Potentissimorum Heroum enodari. Ad
laudationes hasce funebres ex officio, quò indi-
gnus fungor, Celsitudinem Electoris piè denati
Nutriciû

Nutricii mei Clementis: ego obstrictus memō-
riā beneficiorum Electoralium sempiternā refero.
Nam ejus FUNERI Illust. IV. Nonas Februarii Dresdæ
est parentandum; Pridie verò Nonas ejusdem Freibergæ
Hermundurorum id ipsum in patrium mo-
nimentum placidè inferendum. Dum id Celsiss.
Natorum & Nepotum curat Pietas, & ego Electo-
ris *ἐν ἀγίοις* vitam, facta Illustria, ultimum Jesu
Christo obnunciatum *ἀγῶνα* Græcò Heroicò car-
mine Lipsiæ excuso, Lugentibus verò comprimis
Quadrigis Illustrissimæ proſapia Saxonicae ulti-
mum vitæ paternæ tributum qviritando, gemen-
do attestantibus dedicato cōhonestari Athena-
rumqve oraculis consecrari curavi. Quò primum
visò amicorum monita, quibus multa debeo, me-
eò, ut extemporaneā, sicut patet, limā id ipsum
κατὰ διαύοισιν adhibitā Latinæ donarem versioni,
adegerunt. Quod dum factum, nolui ipse in al-
terā parte officio meo deesse, sed eam potius ope-
ram dare, ut, quod olim in animò habui, id in hōc
θρηνητικῶ λόγῳ effectum darem. Vobis itaqve Reve-
rendi plurimum, Nobilissimi Mecœnates, Vosqve
cæteri Amplissimi Patroni, id, quod promo, non
æris, sed favoris causā ex antiquā formulâ L. M. Q.
DICO. DONO. DEDICO. Nomina enim Vestra tanti
sunt ponderis, quanti scientiarum fluvii, omnes-
qve

que sapientia rivuli valent in V. Geniorum Ne-
metibus. Neque sanè aliter repensare aut pos-
sum aut debeo, benignæ V. erga me voluntatis
τιμῆρα, quæ tam largè hucusque mihi expromi-
stis. NOBILISS. V. AUCTORITATIS, Reverendæ be-
nignitatis, Amplissimæve V. humanitatis & bene-
volentia prorsus edecumata memoriam mecum
fervo, dum res & ætas & sororum filiarum patien-
tur astra. Interim huncce animum meum V.V. NO-
BILISS. & AMPLISS. Excellentia manibus totum to-
tum devoveo, ILLUSTRIS, cineribus Elect: Sax: pe-
renne hoc statuens summi monumentum &
pignus honoris. E Veterum Soraborum metro-
poli. VII. Kal. Febr. Anno æræ Christ. clo loc LVII.

V.V.

REV. NOB: AMP: MEC: & Patron:
à cultû perpetuo

M. Christophorus Junger
Illust. Ludi Misn. Col.

Astra



A & O.

A Eræ quas lacrymas? quos cerno multa ge-
mentes

O proceres, curæ vos nostræ, quosve, Pa-
troni

Afrani, Pindi Generosi, cerno gementes
Cives Misnicolas! oh illacrimantibus aptum
Concilium, Patres Conscripti, panditur! instant
Væ lacrimæ Mensis mortalia Principis acta
Tangentis! Dresdis Martis conclave superbum,
Heroum armipotens sedes, urbs ferrea, moles
Armigerum, Magni Consilii turrita potestas,
Aule Majestas streperos nunc undiqve planctus
Mysius & campus lethi grave pondus in urbe
Cum sociis cernit, cum collacrimante catervâ
Terq; quaterq; senis casum, proh Principis orbem
Luminibus pectus! temeraria vulnera fati,
Proh dolor! insani, vim mortis, fulmina Parcis
Digna ego disturbans modò persequor, omina luctus.
Immensi modò contemplor, modò defleo civis.

Insignis virtute senex, Patriæ Pater, almas
Numinis in flammis Jan-Georgius omnia psychæ
Quæq; nocent, sanctè jugulavit, Caesaris almi

A

Imperii

Imperii comes integer, Enfinger optimus ecce
Mortuus in Christo melioris origine vitæ
Stemmata Saxonica turbæ quum Rector & amplius
Electo, regni Prætor, fors summa senectæ
Heroæ, Latii splendoris agalmata & inter
Germanos proceres sua pignora sine sub ipso
Vitæ aspexisset, verbum lacrimabile fudit:

Ætheris ô Genitor, communia funera mundo
Experior, populi, tua quos Germania iactat,
Rector ego morior, sceptrum tibi cuncta regenti
Defero Saxonicum, Nonis Octobribus, ecce
Rutigeræ gentis sobolem cœliq; Quadrigas;
Saxonici commendo Tibi verbiq; ministros.

Hæc fanti cœli mox porta reclusa, reliquit
Orbi inærentum pia pectora, maxima luctus
Pondera, quæ Tempe celsissima, murmura quæq;
Civica, quæq; dolor patriæ deplorat, in eadē
Saxonis ab! patriæ patrem dum cernit in alto
Funere ô exanimem, dum mœstum funeris ignem
Vox campanarum sonitû lugente, boante
Vicatim crepitû per compita tollit ad astræ
Inter paganos geminans lamenta Dynastæ.
Sylvestris nolo Panis lamenta, sed illud
Ordior, Illustri quod fert primordia stirpi,
Dicere digna viro, quæ Myrtus Musica luco
Saxonis in nostri laudato spargit & ungit

Threnis

Threnis Rutigerum, quos pompa celebris ubiq;
Electoriſſæ viduæ ploratibus, eheu!

Saxonicumq; Ducum pangit ſingultibus atq;
Turbat natarum formamq; genasq; decusq;
Primitiæ juvenum miſeræ, miſeræq; puella
Corda, genas rapiunt, crines dextrasq; laceſſunt.

Dic mea Muſa genus venerabile Saxonis, in
quo

Incluta defuncti fulget fax, fulgor agonis
Electori ſancti conſanguinitate Deorum
Clarus Joannes & mente Georgius auctus
Præmia digna reportavit, duce Numine, & ævum
Longævum reperit nobis ſine fine canendum.

Quis pater? heus, quis avus? quis avi pater?
incipere Muſa

Ordine, Rutigeri, cui quæ proſapia? gentem
Saxonicam juſto moderamine dicere cinctam.

Nomina Rutigerum, quos ſancta Sionia genti
Saxonice dedit, ecce, Patres, ariſtrepus heros
CHRISTIANUS PRIMUS celſiſſima nobilitavit
Haſtipotente manû, regno implantata columna,
Ætheris ut Phœbi ſpatioſa cacumina magni
Cingentis caſtæ mentes, pia pignora verbo
Omnia mirificante Dei contra arma Draconis,
Contra Bellonæ trepidantia vulnera bellè
Et clarè pugnant, & plauſû mœnia complent:

A 2

Sic

Sic quoq; pugnavit contra huius stemmatis hostes
Christianus Primus sub castris Numinis, eius
Cernentis raptus divinos, cuncta regentis.

Hic Pater. At Matri palmam fert nostra Ca-
mæna,

Hanc præcone beat Germania nostra beatô.
O SOPHIE salve Brandenburgica, Relligiosa,
Herois, Ruta quæ tantô germine digna es.
O sapiens Mater! nobis, CHRISTIANE, beatus
Electôr, tanto qui auxisti posteritatem,
O vos felices! PATRUS felicior ævo
Majorum patriæ fulmen, MAURITIUS acta
Lutheridum, secum, quantum nova gloria in armis,
Dum sciret, posset: stabilivit. Monstra sed illa
Hujus avi genitor Papalia MARCHIO summus
ALBERTUS tolerans Dux fructifer, inclutus He-
ros

Gestiit hocce videre jubar, quô posteritate
Enatorum ejus prodiret & unus & alter,
Qui JESU gladiô decoret præsepe potenter.
Gestivere jubar præsentis cernere cæli
Sapè olim Heroes, sed frustra! Posthumus illud
Hesperus eduxit roseô fulgore Jehovæ.
At quæso ad quos? dic, ad nos, quos ultima olympi
Fata premunt, benè qui miracula vidimus aucta
Miris JAN-GEORGI felicis mille figuris.

Patria

Patria cui non est studiis asperissima belli
Carthago, sed Dresda potens, quæ Misnidos ora
Circum terq; quaterq; suum flectentia ad Albim
Versus Chiloboscium, quò tempea summe
Fortune florent, cultuq; bonisq; triumphat.
Agmina, sed, dolor heu! quæ nunc plangentia jungit,
Jungit & exponit patriæ discrimina, Patrem
Heu patriæ! heu nobis! habuit mea PATRIA PATREM,
Heu habuit PATRIÆ PATREM! discrimina septem
Qui Sophies renovavit ovans, Proserpina quæq;
Quæq; Megera potens pallâ succincta cruentâ,
Quæq; valens Phlegethon audet torquere potenter,
Ensigner obtinuit vivens, defendit & ista
Antiquâ virtute patrûm monumenta, parentem
Misnia nostra habuit! sed quid? nos inter habemus
Amplius haud, haud, hoc patriæ venerabile pignus.
Fabulor at quid ego? par pignus habebimus,
almis

Si precibus cæli Divos in vota vocamus,
Flammea si tangunt hominum præcordia, Numes
Longævi narrato Ducis Natale Georgi
Jani Magnanimi, lacrimis effusa caterva
Afranidum, sedem divumq;ve hominumq;ve cele-
brem

Imperiis, divum quæ JANUM-GEORGIUM amicis
In cunis vidit ludentem, auramq; patentem

Voce triumphali mulcentem: Leta parentum
Ora modis ridete bonis: risere parentes
A Jove principium generis quibus extitit, in quo
Unica majorum virtus de Saxone creta est.

Lumina tum Titan mundo praebebat opaco
Mille coloratis, quingentis inde figuris,
Septenis decies lustris cum mense peractis,
Horâ Martigenâ quintâ, quam sidere faustô
Hesperus in gremio Veneris discinxerat, amplis
In celsae matris dextram, celsiq; parentis
Illustris partus diffundebatur in ulnas,
Ocia tum Lucina gravis felicibus ausis
Dispulit astra colens Saturnia, mira securi
Gaudia Naturæ disponens libera vite,
Munera per longum seclum se extendere fecit.

Sospita non soboli sane fulcimina mentis,
Oris & eloquium sacro cum fasce negabat.
Sic spes multa stetit, patriæ sic multa corona
Effundebatur formosa palmite gentis
Saxonicae hinc, illinc plantato: fama perennis
Rutigenis passim celeberrima tempea, passim
Heroum signis fasces, passim urbibus almae
Relligionis opes subiecit, Romula virtus
Armis laurigeris peperit quas, Rector Olympi
Quas Germanorum cum Libertate, Camillus

Saxoni-

Saxonicus multò Torquati robore septas
Primitias cœli summò donavit honore.
Hebe Saxonica gentis materq; salusq;
Non aberat, manibus sed concurrentibus aule
Formabat Jani, Jan-Geörguli olympica festa,
Festa, quibus corpus, digitosq; caputq;, pedesq;
Membrag; cum nivèo Naturæ flore Juventus
Sacrabat, Juvenis Jan-Geörgius atria summo
Musarum studiò complectens, tempea cycni,
Hectoris excelsi, cum Memnonis atq; Creontis
Pube coronatâ recolens & præmia promens.

Ancus ibi juvenis mores, agilesq; lacertos
Velocesq; pedes Ajacis, Ullyssis & Euri
Rebus in adversis potiores cursibus ipse
Mirabatur, opus Naturæ regebat, Achillis
Instar ut iste puer sua lumina volveret audax
Laudati regni fasces, laudatq; juris
Sceptra manû Genii querens. O mira! future
Frons sortis signum *VERRUCAM* pinxerat arte
Naturæ, duris quæ casibus obtulit ausus.

Hic Genius bigis Naturæ nobilitatus
Purpureis, altè præcinctis mentis opellis
Principis illustris circum præcordia nostri
Auxit sponte suâ currus, curvasq; secures
Saxonica mentis Fame bona symbola sensim

Are

xoni-

*A re mortali pellentis inania fati
Somnia vix fatui curantis, amantis at ardè
Auxilium Jhovæ Jhovæq; volentis Olympi
Consilium quovis semper cognoscere casu.
Ecce bonum hoc extollit inenarrabile splendor
Judicii plenus, sancti ætheris omine plenus.
Auscultate, Patres Conscripti, ponite fodes
Sensibus hæc imis Illustres Saxonis almi
Vos Proceres, canum quæ cani manna parentis
Altigradò sensû sapienti robore, flore
Palladis externis passim miracula popellis,
Depromente suò sceptrò, vittaq; reliquit
Rutigena? Magni quæ Cesaris omine scripsit
Salvo in thesauro Consi? Germanidos ergo
Saxonicaque sue quæ sanctâ munia dextrâ
Confirmavit apex Sionis Martia signa,
Callida signa, dolos Circes, simul arma Gigantum
Excutiens primis à cunis fida Senatûs
Septenos Sophies orbes, altæ orbibus artis
Inclusos benè versantis cœnacula pascens.*

*Pascebat solum Pitho celsissima, ne quid
In patriæ leges peccaret, sancta monebat
Clio, Heroa doce bona tu ceptosq; labores
Suscipe pro patria, dictans, nunc viribus altis
Utere cum mundi Rectore, hederâ utere, cedrò
Utere judicii laudabilis, orbis & æther*

Saxoni

Saxonicus pro te, pro lege hæc arma capesset
Saxo quæ Genitor Fratriq; tibiq; reliquit.

Hæc eadem populis ignara & sine laborum
Certaminus roseo renovabis firmate certis
Circumscripta modis, quæq; incunabula prolis,
Quæq; fera Panis sylvestribus undiq; sylvis
Effuse plaudente pede, applaudente susurro
Suscipient studium laudantes Principis altum.

Cuncta triumphali decorabat amore, quadrigas
Currus rhedarum, modò quas victoria captat,
In luctæ campo se matutinus agebat.

Nec minus hunc medios per campos, perq; patentes
Hunc ducebat agros faustissima Delia cervum
Obiiciens, aprum modò ludens, vallibus acres
Conglomerans ursos modò venatoris & armis:
Hæc tamen exeruit veri memor ipse Jehovæ.

Principis hic cultus divorum vertice dignus
Barbara mulcebat naturæ munere monstra.
Principis en mores nusquam caelestibus ausis
Disimiles, matri similes, similesq; parenti
Enfigeri ad Genium facti Geniumq; futuri
Secli, qui populo placuere, parentibus ipsis
Qui placuere suis, magnis placuere Dynastis
Singula Fortunæ certamina, certa brabea
Sortis JOANNIS viridante GEORGII honore
Iam circumfusa manibus reperere, perenne

B

Rutigero

Rutigero nomen Fame monumenta dedere.

Auscultate meae, modò quæ victricia olympo
Pierides fertis tentamina, sortis in æde
Saxonicâ summam, vitæ totius honores
Florida rutigeni circum pia tempora ferti,
Quæ canus canò dilatat tempore Facta:

Auscultate, Patres Conscripti, plebis amores,
Augurii lites, gentis spectacula, agonas
Auscultate graves, celebres Et sorte superbos.

Miri Natales, mira incunabula, mira
Regni sceptrâ, boni Genii quæ mira per orbem
Factarunt passim terrarum sarmata, sanguis
Insignis pietate ducis mera dogmata Olympi
Spiravit, veri complexus nomina cultor
Prudentis Svadæ viguit super æthera notus.
Insuper is gessit civili tempora quercû
Lente umbrata, bonum quo Saxonis undiq; faustum
Surgeret. O proceres, animis deponite nostri
Enligeri regnum defuncti faustiter, ipse
A puero studiis quod Phæbi, quodq; Minervæ
Seminibus verè diffusum viderat, almis
Miscuit orâcli magni conatibus, omne
Rutiger expertis robur concredidit, inde
Igneus ille vigor, mentis prudentis origo,
Vultus terror erat populo, Germania tota,
Hic est, hic nostros æquò moderamine fines

Ute

Ut pia fata volunt, conscribet, caelica & istum
Evehet, ista canet fama, experientia ad alti
Imperii cultum, qui est JANUS-GEORGIVS, altum.
Tales fundebat voces, tales quoq; nostra
Saxonia in primo virtutis limine magno
Rumpebat domino ficto non omine sensus.

In cassum ne sic tanta experientia vultus
Factaret fundam, per publica vota vocabat
JAN-GEORGIVM juvenem mentis virtute potentem
Ad contemplandam, quam captat terra, figuram.

Jamq; jugis Dresdæ surgebat Lucifer alta
Ducebatq; jubar: tum dux solertis amoris
Autor, Teuto viam sibi clamq; palamq; parabat
In quascunq; pedes pelago deducere terras.
Visuros aut Atridas, aut pignora Epei.

Factum, quod voluit: Princeps tentare Sinonis
Gestiit in populo peregrino monstra, sed illa
Consilium obliquum, pectus juvenile movebant
Ut comitante Patris, multoq; satellite Matris
Imò suave vale de pectore duceret, aurò,

Argentò, gemmisq; ornatus, nobile secum
Collegium faceret, fidumq; vocaret Achatem
In sua vota virum Tisandri robore dignum
ESAIAM à Brandstein, Sthenelò duce callidiorum,
Rudolphum à Vitzthum, multumq; Athamante Geor-
gum

A Nilchmitz, animò & conamine nobiliorem. His

His & Joannes à Miltitz, gloria gentis
Palladis atq; comes, Præsul Misnensis & ille
Christophorus Rudolph ex arcto limine tantis
Annumerabatur sociis, hi sorte Jehovæ
Delecti comites, paribus vestigia figunt
Curis, & Domini, quæ prompserat, omnia jussæ
Suscipiunt rerum tantarum spectatores,
Frondeferilingvæ Rectores splendida tanti
Queis fuit Herois curæ, profectio & omnis
Actio, cui frater CHRISTIANUS, cuiq; Senatus
Aulicus ex æquo leges præscripserat. Ibat
Saxonicus juvenis feliciter, ibat & ibant
Felices comites per tot discrimina rerum,
Per varios casus pulsæ tandem arva Timavi
Alpes Celtarum summas, clivosq; trementes
Extremosq; sinus, docti tumulumq; Catulli,
Mœnia tum Venetum manibus fabricata Cycloporum,
Trojugenum inventum, mundi decus atq; stupendum
Inspexere piò cum Principe nobilitate,
Insignes multà comites. Mens omnibus una
Mirantem urgebat juvenem, tot regna, tot urbes
Ut veniat spectare, capit quasq; ubere glebæ
Terra antiqua, potensq;ue armis, quam fama poten-
tem

Italiae dominam fertur dixisse: parata,
Ilicet! ista mihi sunt. Vos florida mecum

Hesperia

Hesperiae explore loca, explore superbas
Florentinorum sedes. En gaudia palmae
Concilii tanti comitumq; capistra movebunt
Astra animis comitante manu, comitante caterva.

Omibus hoc mirum, quod Dux Daphneus ovante
Concentu Laurus insignia pingeret aedes
LAURENTI ingressus tecti in penetralibus altis
Lauriferam mystis dextram mirabile donum
Qui posuit SACRUM FLAMEN spirabile multo
Fusum auro, gemmis mixtum pictumq; P T R O P O
Insigni precio Ducis in testamen opimum
Saxonici, Papa non in blasphema biformis
Idola expositum; quorum mens sola videre,
Gestiit errores Ducis, hinc bigaeq; quadrigaeq;
Illustres Dominae pulcherrima moenia Romae
Pulvere mutato terrae crevere. THEATRUM
Mundi marmoream miraculum Martis & Orbis
Regia Pieris Musarum nobilis hymnis
Circa oculos juvenis leto molimine equorum
Errabat, cuius JAN-GEORGIVS aurea ocellis
Poscebat spectare suis & moenia & alta
Romulidum, quae Roma capit, cum marmore tecta.
Ingressus Romam magnas hinc inde fluentes
Pontificis pompas, ovicide murmura, fratrum
Centimanumq; dolos secum comitante Magistrò
Rite via rimabatur natalibus ortus

Rutigenum juvenis regni, cui sceptrâ Jehovâ
Fixa diu dederat, Patrii præconia jactans.

Omnia Saxonie spes maxima florida pubes
Sanguine præcelsæ Germanidos edita suadâ
Præcurrente piâ, Zephyrisq; juvantibus ipsa.
Hæc oculis tutis aspexerat omine tollens,
Palladis è medio mores Italos, furiasq;
Molles & turpem Venerem, omnis criminis expers
Princeps Saxonicus. Nam mens imbuta sacratis
Oraculis scibat moderamen sensibus æquum
Addere, Gallorum nimbose cacumina, tesque
Celtica, Susa procul turrita, cavis & Iberos
Montibus expositos, via quos modò lactea regnis
Auricomis mundi firmavit origine & omni
Lustrans condignis concentibus ore ferebat
Veloci ad superos, ne falsò dogmate tanti
Montes oppressi caderent libamina mentis
Sistens devotæ sociûm comitante catervâ.

Postera Phœbeâ caperet cum lampade terras
Humentesq; poli lux læta moveret amictum,
Umbras, ecce Ducûm comites nova ad atria portis
Æriferis aptata vocant spectanda theatris
Terq; quaterq; satis spectatis, incluta Roma,
Fatur Rutigenûm juvenis, quæ maxima rerum
Es mater, salve peregrino à Saxonis hujus
Conciliò, multum salve, multumq; valeto.

His

His dictis patriam Dux inclutus omine sensim
Collecto repetens cum concomitante caterua
Hostilis terra mutabat fulmine pompas
Totq; Italas larvas fugiebat, dogmata solum
Lutheri, vitæ prece captans pharmaca secum.
Ibat Dux juvenis felici sidere, secum &
Ducebat fortes comites virtutis alumnos.
Ante oculos matris suspiria, fratris amici,
Fata domi fere oberrabant, quæ sidus olympi
Auguriò letò ramisq; fluentibus, aura
Agminis aligeri volvebat & inde quadrigas
Ferventes & equùm spirasq; comasq; volucres
Impellebat ovans, ne mens laceretur euntis
In Cereale solum pomis Misnensibus auctum,
Vitibus immensis, uvæve rubente superbam
In patriam. Phœbus cui fuderat aureus imbres
Aericrepos jactans has voces inter eundum:
Saxonis euge redis decus hinc, Tibi fata secunda,
Fausta Tibi cauto præcurrunt signa, pedester
Quisquis eat felix, socii paulisper eamus,
Undiq; vox resonans, feliciter, inclute, curre!
Dux divine, redi! TE, TE, TE, symbola regni
Expectata manent, quæ Saxonis arma ministrant:
Rutigeri plenis repetebat hiatibus oris
Omina. Care Redux, præpes Jovis armiger in-
ter

His

Nubi-

Nubila te quærit Romanis victor ubiq̃
Alis oppositus, redeas feliciter. Aër
Omina Saxonie donabat apertus, apertum
Saxonici Imperii sistencia sorte benignâ
Callisteion ei, quem Phœbus testis adorat.
Aëris hæc vis sola? domestica fabula passim
Non sordet, rutæ patefacta deinde tribulem
Signis quæ variis, vitæ melioris habenis
Illustrem fecit; quem fatis undique clarum
Robore Dresda potens, patriæ quemque aulicus æther
Ostentis variis redeuntem fausta ferentem
Saxonie vidit, prævidit jubila, sortes
Præ quoq̃ cognovit Septemviri in orbe futuras.
Dresda tuum venerare diu, venerare Dynastam
Saxonia, Ensignerum Germania habeto futurum.
Ostentis his plena domestica limina passim
Vocibus auditis tangebant. PRINCIPIS HUIUS
Adventu eveniant feliciter omina & ista
Cæteraq̃ illustri soboli prædicta. Stupescis
Quid tellus? Divûm auguriumq̃ & fata sequuntur
Saxonicum juvenem: Paris jactantia, montis
Celsa strues, magni Sylvani densa voluptas,
Cingula Faunorum Bacchi salicesq̃ salubres
Inter vitiferos ramos barbasq̃ comasq̃
Depositis sceptris donabant munera eunti
Congratante Echô. Nos festinamus hiantè

Sidere,

Sidere, collaudante manū, dextraq; iuvante
Numinis in patriam. Virtus sic dulcis euntis
Cuncta pericla beans dat præmia. Ut arte Machaon
Vulnera læsa virūm, maniam, pestemq; podagram
Tollit sæpè suā non pectoris immemor aucti
Consensū fidei & pietatis: Numen olympi
Sic quoq; cunctipotens nobiscum ludit in orbe.
Edocet hoc rutæ Dictator Palladis estū
Regressus salvō, sociorum cum agmine quanta
Senserit in terris vitæ discrimina! Jhova
Queis peperit tandem sua gaudia, Teuto Lutheri
Concio jam dudum cujus lautissima ubiq;
Organa cum fructū sibi commutavit in usus
Christigenum. Vab! quot cives, quot Martyras eheem
Iste redux crevit JAN-GEORGIVS. Ecce sagittas
Fortiter emissas animo tardèq; remisse
Vocis fervorem mater pia gratior omni
Sexū Regipotente sui terrestria longè
Gaudia candoris sanctæ discrevit ab omni
Tristitiā psyches, viduæ quam Rutiger ultrò
Oppositò reditū, medicabilibusq; tropæis
Mutarat charæ: rediit vix, Fama ferebat
Nuncia: Tum, soboles mea, quid? soboles mea? dixit
En rediit mea? ubi soboles mea? ubi ille viator?
Querebat sobolem venientem fæmina Princeps
Electam. Ecce redux tibi natus adest! tibi venit
Sospita præ foribus soboles! dant vestra salutem

C

Limina

Limina Christiano, salve mea Regia! cives
Vos salvete statim! solvebat júbila mater
Delitiæ, ô fili, lumen Germanidos, omnis
Saxonie mea spes, salve cor, Rutigenum cor!
Faustè tune redis? intrans fer dulcia fratri
Oscula, mi fili, spiranti frater in aulâ
Saxonicâ, turbate concomitante sequamur,
En proceres pedibus connexis gaudia ad ista
Electoriſſæ, comitum ad cœnacula fidum,
Tot spectatores stipatores tot in aulâ
CHRISTIANI Enſigeri populò applaudente ſecundum
Apparent pompa viſuri inſigne duorum
Rutigenum fulgur, votivæ & gaudia matris.
Sic factum eſt: Poſthæcea ſors Rhamnuſia non eſt
Sed divina, Ducem quæ mirificabat ubique
Inter Romanos Primates, inter & ipſum
Induperatoris gremium, quo Gloria prima
Huic reduci nata eſt: ſacra Diſpenſatio magni
Præſulis, exonerat quâ ſe MERSBURGICA PALLAS
Hanc ſibi gratanti depoſtam pectore Spartam
Divinò aſſumſit vultû JAN-GEORGIUS. Imò
Conſiliò Enſigeri fratris, matrisq; favore
Concurrente, DEO, Ducis almi cuncta regente
Facta ſuo careat ne Diſpenſatio fulcrò
Martia, naturâ ſic colludente maritam,
DISPENSATOR OVANS thalami ſub clauſtra Duciffam,
Quam gemmisq; auroq; DEI virtutibus amplam,
Sponſam

Sponsam conspicuam gens VIRTENBERGICA STIRPS
TECKIA Præcelso Sponso servaverat, almâ
Relligione reducebat, non pignus amore
Connubiale suò solvens, sed fœdere firmans.

Quod simul Elisabetha Sibylla venusta Ducissa
Compositis vitæ virtutibus, ore manuq;
Virgineâ bene firmatum firmabat ubiq;
Moribus & vultû quo non formosius unquam
Dux quicquam iste habuit: Verum Elisabetha Sibylla
Lilia vix carpens Dispensatoris in horto,
Vixq;ve thori casti, castive Cupidinis antra
Ingrediens Clothûs experta est protenus iras,
Et mortis, dolor ab! Lethæa papavera, quantas
Par ætas lacrimas & idem sic robur ab annis
Tam teneris quantos luctus conciverit aulæ
Saxonica, lingvæ mihi si sint mille gementes,
Vix possent fari. Viduo quæ murmura læsus
Illustri dederat, norunt monumenta sepultæ.
Impar lætitiæ vulnus! Te informe Megeræ
Sic capiet barathrum, sic fors! quæ sortis amissis
Planctibus en laceras JAN. GEORGII amabile philtron
ELISABETHA decus cecidit, thalamiq; SIBYLLA
Gloria putrescit! quid? non putrescit Olympi
Flammiferi currû trans fulgia sidera vecta est
Elisabetha DEUM, MESSIAM pura Sibyllæ
Psyche, ejus Flatus sacri solamina, corpus
Mausolea capit celsissima pace repleta.

Murmura luctiferi vidui sine fine filebant
Dispensatoris Martisburgensis. At alter
Christianus frater vulgus taxabat in aula
Luctiferum; laceras cur, mi Germane, labellum
Saxonicum? dicens, agedum, meus instat equestris
Ordo Romulidum Regem, mea Caesaris ora
Visere, tu mecum Pragam usq; meabis opimam,
Assiduis manibus solennia munera fracto
Lestū cuncta parata via exponemus uterq;
Mitiget Illustri fratri quæ tristia; ades dum!
Has Bacchō curas sepeli, venerare Rudolphum
Bojorum Regem, Romanūm Casara, curam
Pieriam, Svada fontem, regniq; Monarcham
Mecum. Sic factum. Sonipes stat equus; Generosum
Pulverulenta tegunt comitatum gramina. Uterq;
Rutigenūm P R A G A M gemmisq; auroq; celebrem
Ingressus pompā regati Caesaris alnum
Semidei vultum pax! mirabatur honoris
Projecti in terram libabant oscula utriq;
Caesario mundi Rectori. Sidera tantis
Celsa Diis, uno plaudebant fœdere junctis
Qui portas regni Romani postibus auctas
Saxonicis sanctè duplicabant, demonis astus,
Insidias clam serpentes, fraudesq; dolosq;
Pontificum fidō rumpebant ense Rudolphi
Caesaris Et juxta præcordia regia cultum
Censebant omnem Martis crudele theatrum

Indo-

Indomiti pacis mutantis fœnore Fratres
Saxonix̄ illustres. Redeunt feliciter ambo,
Cæsare Rutigeris dicente, valete. Coruscant
Divitiis Dresdam rediivi júbila fati
Ad nova pelliciunt Heroas Saxonis omnes
Gaudia. Torga gravis Maje natalibus, Albis
Quam decorat subvò Neptuni pignore fusus,
Que modò constituit viduo? remeantq̄, meantq̄
Illustres proceres Torgam, conclave pudoris
Excelsum ingressi, centenâ lampade, pompâ
Saxonicâ passim multoq̄, satellite in aulâ
Torgensi circumfusi JAN-GEORGII amores
Expectant gravitate novos, bonitate secundos.
Expectate venis, tandem ferit æthera Fama,
Maçte venis sponsâ vestrâ, expectate Dynasta,
JAN-GEORGI ad Veneris castellum, en MAGDALA ridet,
MARCHIA te laudat, te BRANDENBURGICA maçtat
Basiolis lepidis, Te, Te pudibunda Sibylla
In conclave bono te nomine & omine amoris
Ducit odoriferum. Itopra! Te cuncta sequantur
Vota Ducum: Vivat Dux Sponsus amore secundò.
Vivat SPONSA dñs BRANDBURGICA flore SIBYLLE
Longævæ melior, vivant cum prole nepotes
Et spes pingvescat, quam sistet Numen Olympi
Et patris & matris fœcunda in semine rutæ
Saxonix̄! Salve festum Geniale! virentis
Salve DISPENSATORIS fax Cypria! salve

Teda secunda thori! cœnacla secunda secundet
Auctor connubii, plantas queis mille per æva
Mille celebrantes RUTÆ proschema virile
Plantabit verbò nutritas Jhova secundò.
Fructifera hinc sobolis Lauretum! O Rutiger herbis
Saxonicis plenus paradifus! matris amores
Aeternos rutæ, centum patris ecce figuras!
O mirum! Patriæ miramur mira futuræ
Germina. Fatorum non vos, vos carcer alumnos
Justitiæ proceres vexabit, ut hispidus olim
Aeolus in vestrâ tentaverat æde repente,
Quem canus pietatis apex JAN-GEORGIUS atq;
MAGDALIS Herois BRANDBURGICA sancta SIBYLLA
Fructiferò prolis preciosæ stemmate pacis
Æternæ cultriciis honoribus omne per ævum
Rutigenis dignæ regno exclusere paterno.
O Vos Teutonicos felices! Saxonis O vos
Cives felices! miracula fausta, beata
Mœnia Sionia, Musarum fulmina, Misnæ
Gaudia circumdant illustria Germina patris
Sic patriæ! Charitum fraterna videte Senacla,
Rutigenùm Jhovæ sacratas eccè quadrigas
Cernite! Conscripti patres, certamina nostis,
JAN-GEORGI, Enfigeri virtutes sine carentes
Nostis, Pierides; Vos veræ Relligionis
Nostis opes, Lutherigenæ, vos arma fidemq;
Saxones Heroes. Vos cives Germina nostis
Saxonie. Primas JAN-GEORGIUS ecce secundus Arch-

Archmarschaleus, amor Romani sideris, auræ
Scrutator sanæ: post hunc Veneranda secundas
AUGUSTO PEITHO MAGDEBURGICA semper in æde
Numinis augusto felici sidere natæ

Virtutis palmæ fecit: Præclarus in arce
CHRISTIANUS Princeps, auratus signifer, altus
MAURITIUS patriæ Dux inclytus Herculis horror
Italici, reliquas absoluant omine partes,

Quas tibi consiliò Divum JAN-GEORGIVS ampla
Saxonie statuit ceu Germinastantia in æva.

Postquam Germani duræ inclementia mortis

Christiani vires tentaverat ordine fati
Morbiferi, noster, pia quem venerantur in astris

Numina, Saxo pari patriæ conamine factus
ELECTOR statuum suffragia, vota cathedræ
Lutheridum, magni gratantia ubiq; Rudolphi,
Symbola collegit tum collaudantibus astris

Et populo applaudente diu SEPTEMVIR in aulâ
Saxonica vivat! vivant pia Biblia cum ipso!

Mosis legiferi crescant præconia! Jesu
Salvificum nostri verbum, medicamina psyches
Sceptrifer Elector populo conservet in orbe

Saxonica Lerne discrimina cuncta Papalis
Armatâ dextrâ diffundat! Marte secundò
Cæsaris arma sui defendat amantia pacem.

Sic dictum, factum! Fatis pietate Rudolphi
Cæsaris insignis displosis justa feruntur

Ensi-

Enfigerò à nostro, cui proles Romula primas
Ausoniò regnò dignas subiecit, ut esset
Pars Electorum gravis hasta vicaria magno
MATTHIÆ sceptrum FRANKFURTIserta, brabea
Induperatoris gemmasq; togamq; coronamq;
Illustri cultû præmittens, missa Leonis
Atq; aqvilæ, veneranda insignia Cesaris ipse
Regia MATTHIÆ majestas ritè coruscans
Cesariâ chlamyde & talaribus undiq; fixis
Gemmatis justo cepit moderamine regni.

Hec cano, Patroni Generosi, hæc cura Minervæ
Publica, Conscripti Patres, quos Dresdis & Albis
In Themidos laudes produxit amabilis, ausû
Luctifone Musæ vobis audacter, at ista
Auribus excipiat vestrûm prudentia cunctûm
Electo Saxo Legum monumenta secutus
Divinis animæ casus dispescuit ipse
Oraculis, flammis quæ Jhova micantibus auxil
Omnipotens, rutæ murus, pupilla Jehovæ;
Cujus in intuitu versantur sancta Sionis,
Cujus in intuitu tolluntur in alta nefanda,
Ut lapsu graviore ruant: at sancta triumphant
Principis in regno duce Numine cuncta regentis
Rutigerum Synodus sapientem quæq; faventem
Ausonia suade quæcunq; comitia Jesu
Principiis habuere sibi sine lite loquentem.
Quis modò quæso Ducum, mea quos Germania novit,
Electore

Electore prior? JANO quis GEORGIO Jovæ
Cautior in Cathedrâ? Nonne is sacra semina Jesu
Eloquio primò maculavit? is atria mystis
Majorum titulis majoribus aucta, relicta
A fratre Ensigero duplicato fœnore sanctâ
Firmavit dextrâ. Quot agalmata Relligionis
Quæso Evangelicis mera BIBLIA, Biblia vera
Cœlitus à Jhovâ sanctis manifesta Lutheri
Saxo discipulis præscripsit in orbe beate
Saxonie? Saxo præscripsit, ut ilia Papæ
Rumpantur, Monachus si contrâ rumpitur astu,
Invidiâ secum rumpatur. Festa Lutheri
Incorrupta manent, & uti mansere, manebunt.

Acace quid Romane stupes? heus arrige missæ
Auriculas! AUGUSTA Fides, Confessio dextrâ
Corrobrata bonâ, CAROLI benedicta triumphat,
Cujus res divina inter cœnacula QVINTI
AUGUSTÆ pompâ præcelsâ VINDELICORUM
Circumsepta Ducis grandævi candida novit
Pectora & invidiam Romæ fraudesq; tyranni,
Quas passim pietate gravis, Virtutibus aule
Insignis patrie Saxo sibi lumine tantò
Ruperat incensò festi hic altaria circum
Saxonie; Nam cara DEO præcordia, verbi
Lampade fulgentes mystæ, pia Symbola cœli
Insidias pepulere Papæ: quum singula solus
Induperator agone suo pietate synedr.

D

Collecti

Collecti documenta fide trutinaret honestã.
Symbolicis tum prima coitio acerrima libris
Objecta breviter nil repperit.. Omnia Saxo
Ferdnandi suasu CAROLO distincta Jehovæ
Dogmate monstravit sensu non Numinis absq̃.
Dicite vos cœli fulgentia sidera sodes
Saxonici, casu quonam Celsissimus aule
Electo nostræ dulcissima Nectaris almi
Ambrosieq̃ salutiferæ mysteria cives
Inter Saxonicos defenderit? Ecce, tacente
Me laudata Ducis defuncti præfica clamat!
I, scrutare Papæ lances, Monachumq̃ tabernas
Et furias Martis sibi damna creasse Mariam
Compostellanam præ sacris, ore querentes
Fatidicò. Soboles verum ejus Saxonis antris
Auxiliis præest cœlestibus. Obtulit orbi
Namq̃ pater Patriæ Christi sua jubila. Primum
Veridicum vatem Lutherum: sacra secundum
Biblia, mira Dei præsepia, pharmaca psyches.
Fœdera postremum docilis PASSAVIA scriptis
Quæ firmanda sacris promiserat, emolumentum,
Magnanimi Heroes fatis melioribus aucti
Olim quod placidis animis, ratione salutis
Æternæ peperere suis credentibus almam
In sobolem Ihovæ, spectabat: CAROLUS ingens
Nomine FERDINANDI Regis felicis opimis
Quod titulis Clausæ circum prænobilis umbras
Insbrugiq̃ve chorum dextraque fideq̃ sigilloq̃ In-

Induperatoris verborum munere digno
Mauritio Enfigero firmatum liquerat, & quod
Augusto fratri firmatum struxerat ipse
Ferdinandus salvò bene Religionis amore.

Dicite vos proceres regni Generosaq; Pindi
Lumina, Conscripti Patres, vos dicite curas
Saxonici Enfigeri, curas JAN-GEORGII honestas
Parvo pro Christi stabulo quas corde sub ipso
Assidue prebit, prebasq; Ecclesia fovit.
Aras quot sibi queso precum? quot dogmata sani
Sana Catechismi Lutheri? Quotq; colores
Divini sensus, sacra tunc Concordia verè
Expressit documenta? quot articulos animosus
Saxo, Schmalcaldense decus quos ubere foetù
Scriptura sacra soboli mystisq; Lutheri
Præfixit? Fidei veræ signacula, Divæ
Augustæ argumenta probata potenter ubiq;
Constituit vivens patriæ pater, extulit almò
Eloquiò, canone & signavit in orbe Jehovæ
Immotò. En immota vigent ridentia Papæ
Insultus technasq; minasq; rotasq; dolosq;.

Dicite Theologiæ Sophiæ pia lumina Saxo
Quanta DEO ex Latio quondam monumenta revec̃ta
Illustris dederit JAN-GEORGIIUS omnipotenti.

Dicite Pierides nostris excelsa Camænis
Saxonis in publicis inter monimenta virorum
Tot procerum, Heroum tot, Regum totq;, Ducum tot

Et cognatorum conamina, cuncta Dynastis
Quae placuere bonis quasi quae miracula visa
Hostiles fregere acies, fregere Papae vim.
Saxonis ut nostri, quem Regia Fama fidelem
Induperatori stiterat, quem Tiberis & Albis
In gremio celebrem gestarunt, Symbola pacis
Romano populo, peregrinis, Saxoniceve
Sarmaticisve Getis placuere, Corona vigore
Libertatis & aere gravis virtutis ubiq;
Fulgens testatur, quae dexteritate Rudolphus
Praeditus Aonia decorabat amicus amicum
Pignus in aeternum: Sapiens quamq; ordine fixo
MATTHIAS Caesar nostro cum Principe sancte
Imbuit exponens Genio ELECTORIS amico
Caesarium vultum, regalia dona favoris,
Olim quaeq; gravis sceptro gemmisq; celebris
Ausonia terra Rector reliquerat, illa
FERDINANDUS Caesar Divumque hominumque SE-
CUNDUS

Delitia Ensigero fundabat. Fama perennis
Aeterno hoc foedus maeta pracone Dynastum,
Foedera tanta Diis curae non ultima tantum
Pectora terrarum, vicina sed arva movebant
Et procerum, quibus hoc fundebat olympus & Arctos
Voce sonante, DEO resonante, poloq; vocante.
Fac sic Saxo! DEO sunt curae foedera. Danus
Magnanimus tanti Christiani sanguinis Heros,
Reges

Reges Hungariae, Bohemiaeque uncta corona,
Inclutus & Suecūm Gustavus Adolphus Achates
Fidus in orbe tuo disponunt Martia facta.
Juxta tantarum celeberrima compita rerum
Romanum modò sponte veni fortasse senatum
In vestram rogitans Collegas, ecce Camœna
Septemvir Mœni vestra pia mœnia; Musæ
Pacifica tante fœcunda Bavaria; amice
Hem Themidi passim Colonia sancta beatò
Fulmine amicitia decorata beabit in æva
Elogio hòc vero Septemvir Ratiger omni
In synodo fidus Collega, brabea corona
Stellifera cui nunc conscribimus aurea, fulcrum
Romanae Themidos, Germana potentia, asylum
Is fuit in vivis nostrum. Nanc fama vigebit
Inter & astrigenas, nostras interq; Camœnas
Romani imperii hinc ejusq; memoria in astris
Dilatata diu per sidera cuncta feretur.
Fertur adhuc lepido bis more Vicarius ipse
Induperatorum: Vos Musæ audite tabellis
Aoniis signate decus, mortale quod omne
Exiit: Illustres animæ, hoc audite, peritum
Bellipotente manû, clarum victricibus armis
JAN-GEORGIUM Caesar Latii dignissimus auctor
Imperii emisit placatum mœnia magnæ
Metropolis, fingat quam tota LUSATIA firmam
Nissanam, Domino ut subiecta vigeret in ævum

e Su

Arctos

Reges

Omnis & Hexapolis victricia Caesaris arma
Susciperet supplex. Quo facto & plebe tumultus
Pragensi innumeros furioso pectore captos
Miscente, exultante novo de Rege beatus
Electo turbas populi, turbasq; senatus
Pacavit fugiente novo, bene clade peracta
Caesare Rutigerog; simul letantibus, alma
Flammiferi cursus Reftori holocausta quietis
Prolauru facta maftantibus, ecce vagantur
Somnia Pontificis Romani Caesaris ausus
Cum cane Lutheri conceptos fulmine Bullæ
Flammiferò carptim taxantia vociferando:
Ausonie Danaos celebres Monachosq; peritos
Myrmidonas, Veneris bellatoresq; potentis
Dardanidas en Caesare habes! Lutheridos omnes
Hostes Romana selle cum Saxone nostri
Regni osore statim cape, dele, copia nostra
Hem furie nusquam deerit, modò surge moveq;
Saxonicam è medio pestem. Bone Caesar, Averni
Sunt in tonstrina socii, datur hora, quid obstas?
Impia sic Suadæ Romana Lerna movebat
Caesaris Augusti mentem. Mavortis in antrum
Primates streperiq; Duces Regesq; vocantur.
Cristati, veniunt, cum primis Tillyus Heros
Et ruber Aldringer, spes Pappenheimia, prætor
A VValstein, Isolanamanus, Rene Kavius, illex
Ille Merod, Gallas, Stroz, Firstenbergius idem

Et

Et Piccolomini Romani roboris omnis
Armipotens Ductor, VVrangel simul & Koloreda
Magnanimi, reliquiq; Duces Martisq; nepotes,
En veniunt! Caesar sceptrò Martisq; galero
Fultus terribili vultu dictoria Papæ
Sensa animiq; sui repetens hæc ore vomebat:

Quid Saxo! quid Saxo, Duces, mea robor a regni
Splendida, quid tentat? qui Lipsidos aucta Papatu
Hoc indigna queam tolerare? reponit & ipse
Præceptis nostris contraria. Pignora Papæ
Cœnobiis, Monachis à sanctis ventribus aucta
Integra restituat. Vos cingite singula, magni
Arma Duces jussu Papali sumite, onustum
Papæ tot spoliis orbate hunc Saxona. Dictis
Quisq; Ducum, Caesar cum surgeret aureus, istis
Annuit. In tanto Papæ discrimine Saxo
Hærebat dubius noctesq; diesq; fidelem
Induperatori se sistens. Caesaris iram
Quot queso precibus lenivit? amica tropæa
Cæsare pro verò quot fixerat? omnia pacta
Inter majores conscripta, laboribus aucta
Saxonis Fidei dextram testantia flocci
Fecit sic Caesar. Tentatis omnibus ipse
Haud timidus Saxo tot fraudum pegmata & iram
Cæsaris ad cœli, veri, terræq; Monarcham
Detulit omnipotens Numen, cum talia fatur:

Magna

Magna, Dei Soboles, patitur jam Ecclesia Papæ
Schismata, bella, rotas, vab! vultum, Cesare fultum
Propitiô Romæ PINGERNA superbus & hostis
Me contra convertit iners DICTATOR Averni
Hostilem tentans in me tua dogmata Turci
Insidiis Dolopumve dolis diffindere. Jesu,
Servator populi, me respice, respice cœtum
Pauxillum heus Ecclesiola! heus, bone Jesule! quo usq?
Cœlitus auxilium, Tibi, nam Tibi summa potestas,
In dextrâ est, queso, Enfingerum me respice! clamat
Undiq, PRESSA gravi torturâ ECCLESIA ego cui,
Ut potui, gladiô suffragia litis ut ÆQVUS
Arbiter exposui, plenas tabulasq, querelis
Induperatori justorum supplice voce
Misi. Hic in mediis AUGSPURGICA CONCIO, cives
Quos LEMBERGA sibi GLOGAVIA compita passim
GRUNBERGÆ, SCHVVEIDNIZ, GAVERQVE HIRSCHBERG
GAQVE Flora

Dogmate cœlesti nutrit, stant montibus, & Me
Insidias contra Papæ, Papæq, ministros
PATRONUM cupiunt. Quoties hæc Caesaris ori?
Scriptura quoties sua dixi nomina? frustrâ
Elector cecidi spe infelix, in tua Jhova
Palma meæ menti palmaria deferet arma
Cœlitus, interii! sic dixerat Enfinger. Ecce
Nuncius ætherius, septemvir, FIDE JEHOVÆ!

Hunc

Hunc monuit : Clypeum non fraudibus apta Pap.
rum

Arma move, miserosq; juva! nostro omine vinctes
Hostiles turmas, Romanos insuper arcus
Franges. Esto alacris! castris moderator Olympi
Ipsus miles inest. Septentrio dura Leonis
Arma feret, quorum vos castra Papalia vires
Nescitis, verum funesta barathra furore
Martis flammati capietis. JANE-GEORGI
Surge, potenter age, transcendere viriliter! Ipse
Caesaris immortale decus fies, modo visum
Sic Superis. Dictum factum. Ensigner arma Dynastis
Agmina flava facit, quae forti pectore rexit
STARSCHEDL eximius: SCHVVALBACHIUS amplius in
armis

Nigra viris fixit tentoria: Magnus ab ARNHEIMB
Consiliis sua signa dabat, sed TAUBIUS, HOFFKIRCH,
Magnanimi belli Ductores undiq; equestres
Cum Ducibus, bene quos stirps Altenburgica Divum
Annumerat numero, socios splendore regebant.
Lipsica quos tandem vi Palladis arma vocabant
Bellona sobolem ad lustrandam. Clamor ad astra
Bom, bom, bom, circum bombo, bom, bombo ferebant
Ra, tara, ra, tarcha, tara tantara, tantara tarcha
Undiq; castra boant. Septemvir, in aede Minervae
Salve! Vox resonans: Vos Martia pignora mecum

E

In

Hunc

In Christò salvete meò! Vos castra sequuntur
Suecùm! concentù geminabant. State potentes
Et pugnate Duces! Agitur res Numinis, arma
Fortiter hostili capiti mea symbola leti
NOBISCUM JESUS offert tropæa parata
Aggere cincta, Duces. Adventat Tillyus ipse
LEGATUS PAPÆ lectò cum milite cæcos
Saxonia immissum distractis partibus ignes.
Castramovebantur: modò civica vox: modò turba
Rustica multiplici violatur vulnere. Clamor
Exoritur Martis. Feriunt mox aëra Tilly
Tympana Legati, bombardas, damna, tumultus,
Pugnas, fossarum nasturtia, calce ruinas,
Dextrorsum fremitum Bellona, Tantara passim
Hinc illincq; tubas taratantara, tantara Tilly
Militibus, sociisve boantia: Currite fratres
VESPILLO vestras sortes modò LIPSICUS ardet,
Currite Romulides peregrinã ad praelia scævã!
Defensrix Martis Romani, sancta Maria,
Nos serva! Te, Te sequitur Grandævus & artis
Et Martis Reçtor reditus cum Principe lacros
Ut tibi restituas pharetrati militis ausû.
Liplica stat circum pagus vetus atria parvi
Nominis, effusi campi tamen equore dives,
Quem vocat agrestis BRETTFELD FLORA. Vigorem
Cujus Rex Suecùm norat fortissimus equum

Bom;

Bom, bombom, bom, bom, bombom, bom, bombalo, Bom.-
bom

Tympana quem sensim capiebant murmure Tilly,
Ut caperent turmas cum Saxone. Vicit uterq̄!
Captâ bonâ scævâ cecidit lex Tillyca. Fati
Vox audita, DEI Dux, Ratiger ecce, canebat:
Vicisti Suecū cum Rege potenter! Olympi
Vox non vana fuit, Fidei Tibi premia sunt
Lutheridum! GERMANA MEIS ECCLESIA verbis
Indubitata feret tua symbola. Sum SCOPUS ipse
Ecce TUÆ VITÆ. Sum terror & hostibus. Instat
Et Jesu robur contra histrica turmata salva
Symbola militiæ durant. Bona causa triumphat
Tandem Electoris! Sic rectè & fortiter! aure
Adversa tu tolle moras: per nam ardua ad astra
Virtus Dulce fide robur justoḡ, perunctum
Allevat, & Sceptrum pro æquo ornat. Saxonis ausis
Fata viam invenient: Consoq̄, Fideq̄, potentes
Dulce mori fertur letanti Marte. Tropæa
Libertate Tuæ patriæ dignissima! Causâ
Non sine prægnante brachium bona prælia præstat
Jhovæ, cujus amat curam Victoria: Nonne
STARSCHEDLI, KLIZINGS, LOSERI signa triumphis
Proxima cœlicolis placeant? VICTRICIA ponunt
Cetera, quæ stabant velamine cincta Jhovæ
Et Duce Messie necis ad tentoria prona

urba

orem

Bom,

Confestim potius Fidei, quàm ad pabula false
Hic violanda. Nisi hic Dominus, frustra omnia ! ne
scit

In castris divina fugam victoria. Lege
proq, suâ pugnans grege proq, trabea Jehovæ
Constanter promissis, sincerè me Duce pandis
Audaces. Comites virtuti sic juvo. Signo
Saxoniam, cum quâ sua robora pacis amicus
Deniq, constantis ROMANI P ASTOR HONORIS
propitius Cæsar componet. Fata suprema
GUSTAVUM Divum felici funere Adolphum
Ad meliora tulere tropæa faventis Olympi
Victori Heroo Centauros atq, Gigantes
Marti substernens vestro. Hæc sic fata movebant
Omina, quæ licet ampla, tamen nunc viribus istis
Imparia. Historico modò concredenda theatro.
Sufficiant cecinisse Duci, cecinisse sepulchro
Saxonis, ad cuius planctus vos undiq, cinctas
Illustres animas, Lux Februa fletibus eheu !
Evocat, ut telam mœsti detexere Lessus
Musa queat vobis sic compilantibus urnas
Ibrenorum tanto dignorum Saxone Cano.
Cur quæso extensò peplò circumdata Nerei
Gnata taces ? nostras cur luctifer inde medullas
Intravit mœror currens labefacta per ossa,
Non secus atq, olim tonitru cum rupta corusco
Fulgida

*Fulgida rima micans percurrit fulgure nimbos.
Saxonis Arma, fidem patriæ, pia viscera summi
Mittimus Ensigeri FREIBERGAM, mittimus urnas
In Mausoleo sacras monumenta in avorum
Manibus aucta bonis, Lutheridos orphea fidum
Mittimus, O Proceres, hinc nostrum! vae pietatis
Mittimus hinc, Patres Conscripti, Saxone tantò
Dignas delitias! Morientis præmia Patris
Vae nobis! Patriæ sic, sic amisimus omnes.
Majestatis opes, cuius vis quæque Gigantumq;
Et furor Hesperidum post splendida funera palmis
Extollunt gravibus, cuius præconia laudum
Et LUZENA male gentis vindicta, nitensq;
Lipsis, Et arcitenens Lignitium, Et aurea Praga
Gestarum rerum custodes mille per ora
Laurifera Fama, terrarum mille per orbes,
Multiplicante manû Generosa tropæa Sereni
Dogmatis eloquium lingvis geminantibus auctum,
Sponte suâ mittentq; vehentq; trahentq; ferentq;
Servorum sarmenta, suo quæ contulit hostis
Crudelis populo, sic fregit Rutiger, omni
Sic expugnavit vi libertatis in orbe
Saxonico osores patriæ, sic fœdera Pacis
Combinata AQUILÆ Romani, unò PHILUMBLÆ
Saxonica peperere SOLO modulamine TOTI
Conventu Suecùm Regina Conciliove*

Indictio Ducibus, FATIS Banneridos actis
Magno Oxenstirnae, Torstensohnianos æstro
Martigena lauti Könichsmarchs fortibus ausis
Axellilli minis ferventibus undiq; circum
Mœnia Lipsigenum Osnabrugi, vatibus atq;
Munsteri Regum collectis, aurea tempe,
Frenes mater quæ candida pignore Martis
Immisit sibi collatò, Misnensibus agris
Conditione gravi præmiserat. Omina pacis
Tanta movebantur palmis illustribus Arnheim
Bellipotentis, ope à Pforten, Themidosq; vigore
Magnifici Oppelii, Suecumq; favente coronâ
NERNS minitabundi, Axelliliq; pondere, blandò
ERSKENS concurrente sonò, KOTZSCHBRODA Philœni
Bacchi Nympha quibus primordia fecerat, illis
Kossopauda fidem cis Albidos equora letò
Saxonicam auspiciò stiterat, quod murcia præceps
Neptuni æquorei nostris obiecerat undis.
En monstrosa canis subiens mare montibus, Echo
Quos placidis duplicat votis resonabit ultra
Sernitium & Priesnitz umbrosis Albidos infra
Obvia trajectum Nautis sua prælia partim
Edebat, partim nova venatoribus arma
Cudebat, donec piscator Apollinis urnâ
Commotâ contis oblongis unxerat ossa
Monstrosi capitis, canis & terrentis in undis

Squa-

Squamigerum pecudes, Nymphasq; ferasq; Deasq;

Hæc sic fata Ducis cœlestia regna colentis

Rutigeri nostri Duce Numine & auspice Christo

FERDINANDUS placidæ Germanidos ordine Cæsar

TERTIUS, auguriò collatis undiq; signis

Imperii mandans. SUECUM miranda putabat

Æquâ legiferi Rhadamanthi lance tropea.

His animæ palmam concordēs ecce ferebant

Lauriferam. Cæsar Ferdinandus Tertius, auctor

Imperii, nostrum Divum genus aurea condit

Secla hodie rursus Latio regnata per arva

Saturno quondam; quibus aurea fœdera pacis

Restituit. Vobis ictum jam fœdus & omnes

Compositæ leges resonabat tibia multa

Praconum, Regumq; Ducumq; Patrumq; Senatus

Fœdera firma manû MAGNO Germanidos ORBI

Induperatoris fecit. Nunc praelia finis

Pace beat Martis. Nunc plaudite. Saxone dignus

Hic plausus patris grandævi tempora lustris

Bis septem lectis summâ cingebat in aulâ

Saxonicâ, quibus omnis honos, quibus omnis ubiq;

Majestas cum laude domicq; forisq; perenni

Clara tulit TUTÆ sinceræ commoda. Proles

Illustris, terra bona vos miracula, vestrum

Immortale decus canimus, vos pignora honoris

Saxonici servate diu: servate perenne.

Hoc

Squa-

Hoc decus Enfigeri, GENERI VOS, vos Homogambri
Illustres, cani Reſtoris, aviq; Patrisq;
Cana cuiq; beata necis sub murmure dicta
Mnemata conſervate diu, quibus orbis & orcus
Effrenis ruet admiſſis. CUSTODIA vobis
Saxonici regni, doctrinae myſtica ſanae
Dogmata, Lutheri praeconia, fulgida Chriſti
Symbola, Mauriti Baſſavica foedera, & ipſa
Auguſto Carolo Confeſſio tradita Quinto
Auguſtana urgent, quam propter Nomen Jeſu
Et faciunt ſtabilem, tandem applaudentibus iſti
Vobis, Illuſtres animae, deſertur in eva
Conſtans. In tali conſtantis Patris amorem
Omine caeleſtis reperiffe tropaea Jehovae
Humani generis qui fertur amoris imago
Conſtanter ſcimus ſanctae commercia vitae.

Mortuus in tali JAN-GEORGIUS omine ſceptra
Saxonici Imperii, Proceres, quos ordine mœror
Macerat, Illuſtres, conſtanter ad omina tanta
Relicta Gnato JAN-GEORGIO in orbe Secundo
Delitiis noſtris felici ſidere natis,
Tradidit. Euge novo Patriae bene tradidit ille
Patri! Quid luſtus? quid mœror? quidve dolores
Inter vos, proceres, lacerant praecordia tanti?
Non Pater eſt patriae, nedum Enſiger Omnipotentis
Curator Domini deſunctus. Vivit imago

Ruti-

Rutigeri! Domini Genitoris imagine vivit
Et sceptro regni Fidei monimenta secunda
Saxonicis statuit. Lachrymabile murmur & omnes
Tollite mærores, extinguite lampadas omnes
Curarum, Procere illustres, præmia VESTRI
Ultima ferte sacro tumulo GENITORIS! in urna
CANE quiesce PARENS, animæ solatia JESUS
Multa dabit. Virtus, candorq; Fidesq; vigorq;
Et tua Mæjestas Gnatos, Generosq; nepotesq;
Illustres totâ cum Saxonis æde sequantur.

Tumbam claude SENEX. Cineres vos claudite tum-
bam,

Et nostri memores extremi fata diei
Expectate, dabit tuba quæ suprema Jehovæ.

Vos horum, Patres Conscripti, Vos Generosi
Heroes, memores votis signate secundis
Æterno laudem pensuri pignora Jhovæ

Hanc oden mecum superaddite Saxonis umbris:
Illustris Patriæ fax Romula. Saxonis Atlas

Effertur patrii stemmatis ecce Pater!

Ossa metû frigent, Parcarum frigora tumbæ
CHasma novæ pandunt Principis. O lacrimas!

Alta doloris habens sic mausolea Freiberga
Eheu quid? condis tale senile decus?

Numina quod lacrimis ægris terrestria tangunt,
Principe quæ recolunt digna tropæa suô

F

Nepti-

Neptibus Heroes sua nenita plena dolorum
Inculcantes vah mortis agona vehunt!
Errant Angelicæ sortis pia stamina circum
Saxona, ne Viduæ spes nece pressa cadat.
Saxonici populi concurrens copia Divum
Terrificos procerum mulcet in orbe modos.
Grandævi Patris patriæ monimenta videte
Insana arcentis Martia castra procul.
ELECTORALBS PROCERES, præcepta Parentis
Saxonico tandem dinumerate polo,
Ostia LAURIFERÆ pandunt præconia FAMÆ
CHARIS defuncti manibus ENSIGERI.
Rimosæ vitæ quantum sibi flebile, tantum
Rutæ restituit GLORIA, sculpsit iter.
Gaudia pulchra DUCI PRUDENTIA condidit aucta
Immensis gazis innumerisque bonis.
Imperii fasces odio rixisque necatos
Subtili scivit sponte levare manu.
Orgia Victorum ridens ænigmate Sphingis
Terribili vultu solvit ubique suo.
Symbola, quæ posuit victo CONCORDIA, cautò
Ore remissa sagi fixit amore sui.
En sudoriferæ vitæ commercia mentis
Luctâ Rutigenæ dispulit egregiâ.
Custos Scripturæ SACRÆ mortalia Saxo
Æternis studuit conduplicare bonis.

Lucreti

Luçtiferæ mortis fallaces vicit amore
Terrores veri Numinis ipse potens.
Entheus & regni Septemvir SORTIS iniqua
Rostra piâ fregit sedulitate NIGRÆ.
Commoda VERACIS Ducis & diademata septem
JURIS conjunxit nocte dieqve boni.
THURE CRUCIS misit Ò CONTENTUS firma popello
Sanxit Saxonico mœnia Saxo suo.
Omnia consilio Jhovæ omnipotentis in aulâ
Miscuit in SANO CORPORE magna ferens.
Rutiger illustres nactus cum munere HONORES,
Aurea Libertas quos dedit, OBTINUIT.
Gloria cana tulit præ-cana thalysia cano
KALPIA amicitia Cæsaris alma Duci.
Extulit ista gravis MAJESTAS, robora FORTIS
Rutigeri soboli tanta tulere suæ.
Rudera Darii, XERXIS, Pyrrhiqve Pelasgiqve
Irrita dum fecit dogmata stante DEI.
Omnia sic vincens PATRIÆ PATER omine Famæ
Omnipotente datô voce triumphat eâ!
Non cecidit canus JAN-GEORGIUS. Ilicet !ævum
Solvite, vos Proceres, flebile Marte carens.

D I X I.

70

Luçti



ULB Halle
004 808 665

3



f





Big
Generis
ritate, me
ci, virt

JOHANN


Diette
vul

Septem
viff

R

Conr

WVo



SICARUM

inciali aucto-
dentiã perspicua-
m experientia

Seerhausen
mo.

ΛΕΙΨΑΝΕΣΕΩΣ
Hæreditario

ectoribus Gra-
ri observantia

ssimo a que

ol: L. Ecclesie
ri & Super-

omino

n pago Rödern
bili.

Quia

